

Michael Cobabus Peter Eggebrecht

**Disputatio IV. Analytico-Theologica, ex v. 12. Cap. V. Epist. ad Rom. Quae est
Prima De Effectu Peccati, Quod per unum hominem in mundum introiit, Contra
Autorem Exercitat: super vers. 12. 13. 14. Cap. V. Epist. D. Pauli ad Romanos; &
System: Theolog: de PraeAdamitarum hypothesi**

Rostochi[i]: Richelius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74001806X>

Druck Freier  Zugang



R U neol 1659
Michael Lobabur
Kust.: Petrus Eggerbrecht



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn74001806X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74001806X/phys_0002)

DFG

I. N. D. J. C.
DISPUTATIO IV.¹⁴

ANALYTICO
THEOLOGICA,

ex v. 12. Cap. V. Epist. ad Rom.

Qvæ est Prima
DE

EFFECTU PECCATI,

Qvod per unum hominem
in mundum introjicit,

Contra

Autorem Exercitat: super vers. 12, 13, 14;

Cap. V. Epist. D. Pauli ad Romanos, & System;

Theolog: de PraAdamitarum hypothesi

Quam

Amplissima Facultatis Theologica consensu,

SUB PRÆSIDIO

DN. MICHAELIS COBABI,

S S. Th: Doctoris Prof. P. & p. t. Acad: hujus Rect:

Magnifici, Dn. Promotoris, Præceptoris, &

Fautoris ætatem colendi.

Add. 9. April. horis antemerid. in Auditorio Maj.

publicæ Eruditorum disquisitioni submitte

PETRUS EGGBERECHT,

Rostochiensis.

—(o)—(o)—

R O S T O C H I

Typis Johannis Richelii, Ampl. Senatus Typ.

ANNO cœc LIX.





V I R O
N O B I L I S S I M O , C O N S U L T I S S I -
M O , A M P L I S S I M O ,
D O M I N O
C H R I S T O P H O R O
S T E P H A N I ,
J C T O eximio , Sereniss. Principis de
N a s s a u & c . Consiliario intimo , & Can-
cellario , nec non Ordinis Eqvestris
Neo - Marchici Syndico
dignissimo ,

*Domino Affini , Fautori & Promotori suo nun-
quam non de venerando dissertationem hanc Academi-
cam cum omnigenae prosperitatis voto in animi
grati & observantis τεκμήρεον
humiliter*

Dedicat & consecrat

Petrus Eggebrecht.

De miraculo, quo tempore Iosuæ sol stetit in medio cœli, scribit autor System. Theolog. de Præ-Adamitarum hypothesi part. 1. lib. 4. cap. 5. Nemo est, quin primo intuitu hæc legens, assveret, solem ipsum stetisse in cœlo. Verum, si quis attentius vim miraculi expendat, & miraculum ipsum intra fines suos contineat, facile deprehendet, lumen & fulgorem solis, non solem ipsum hoc loco intelligendum esse: sicut in miraculo Ezechiei demonstratum est. Autoritatem, & confidentiam conjectura adjectit, quod scriptum est, solem stetisse in medio cœli. Sol enim occidens cœlo præcipitabat, quando illum Iosua stare jussit. Neq; sol stare tunc poterat in medio cœli, in quo non erat. Dicitur enim occasus toto cœli quadrante à medio cœli &c. ubi negat, dictus autor, solem in medio cœli stetisse, illudq; probat sequenti argumento:

Sol non fuit in medio cœli, quando Iosua illum stare jussit:

E. Sol non stetit in medio cœli.

Antecedens probat, qvia sol eo tempore fuit occidens; occasus autem distat toto cœli quadrante à medio cœli. Consequens probat, qvia, qvod non fuit in medio cœli; illudq; in medio cœli non potuit stare.

Resp. I. Ad antecedens negando, qvia sol eo tempore fuit in horizonte, qui est in medio cœli, inter partem cœli visam, & non visam vel inter hemisphœrium superius, & inferius. Si igitur horizon est in medio cœli, sequitur etiam, solem in horizonte existentem esse vel fuisse in medio cœli. Qvod autem fuerit in horizonte, quando Iosua illum stare jussit, probamus sequenti argumento:

Sol, Iosua jubente, stetit eo tempore, quo Judæorum dies in Gabaon finiebatur: E.

Sol, Iosua jubente, stetit in horizonte Gibeonitico.

Antecedens probamus, qvia die alio naturali absoluto, & finito, non expectavit in horizonte, sed festinavit descendere infra horizontem; eo a. tempore non festinabat descendere infra horizonte Gibeoniti cum, sicuti solet properare die perfecto & absoluto; sed morabatur in horizonte, in medio cœli, qvod est inter hemisphœrium superius, & inferius, inter partem cœli visam, & non visam: ubi miraculum hoc magis erat illustre, citiusq; argu; facilius ab uno qvoq; poterat notari, & observari,

quam

וְעַמּוֹד הַלְּבָשׁ כְּחִזֵּי
gvām in alio cœli loco. Verba textus ita sonant: **הַשְׁמִים וְלֹא אֶלְבָּא כְּיוֹם תְּמִימִים**
Et stetit Sol in dimidietate cœli, & non festinavit occidere sicuti die perfecto. Ubi non dicitur, qvod sol adhuc existens in meridiano vel meridie, & die nondum finito, non festinaverit occidere, sed qvod non perrexerit occidere die naturali jam apud Judæos absoluto & finito, qvo non potuit existere in meridiano, nam ibi judæorum dies non erat **תְּמִימִים יְמִינִים** dies perfectus, & absolutus. Conseguens probamus. Nam sicuti Meridianus in parte visa cœli est terminus diei naturalis apud Astronomos; in parte vero non visa cœli est terminus diei apud Christianos: ita horizon occidentalis erat terminus diei naturalis apud Judæos. In hoc Judæorum dies erat **יְמִינִים יְמִינִים** dies perfectus, dies absolutus, & finitus.

II. Ad probationem antecedentis (a) concedendo, qvod sol fuerit occiduus. Nam cum Amorrhæorum exercitus cœderetur, neq; per diei spatium integra victoria reportari posset, Josua dixit soli, ut fileret, ut exspectaret, diesq; prolongaretur. Jam autem non tantum verisimile est, solem eo tempore fuisse in occasu: si enim solem occidentem Josua non vidisset, non ei dixisset: *sile, exspecta;* sed etiam ipse textus, ut antea probavimus, illud demonstrat.

(b) Negando, qvod occasus toto cœli quadrante distet à medio cœli, qvia occasus & medium cœli hic non sunt pugnantia sed coincidunt. Nam utrumque putâ occiduum esse, & in medio cœli esse, recte dicitur de sole, qvando illum Josua stare jussit. Concedimus quidem (1) qvod occasus toto cœli quadrante distet à polo horizontis vel puncto verticali; hoc autem non est in medio cœli, sed in medio hemisphærij superioris, in quo sol, qvando stetit tempore Josuæ, non fuit, cum vertex Gibeoniticus extra tropicum cancri in Zona temperata, multum distet ab Ecliptica, vel semita solis. (2) qvod sol sit in medio, qvod est inter ortum, & occasum solis, qvando existit in meridiano: hoc autem medium non est medium **תְּמִימִים**, neq; medium, æqualiter ab ortu & occasu solis remotum, qvod erat demonstrandum. Falsissimum itaq; est, fulgorem solis in medio cœlistis, & non ipsum solem, propterea, qvod sol eo tempore fuerit occiduus. Falsissimum est, occasum toto cœli quadrante distare à medio cœli.

•:(::):•

Disputatio IV. Analytico-Theologica,
Ex v. 12. Cap. V. Epist. ad Romanos.

Qvæ est Prima

De Effectu peccati, quod per unum hominem
in mundum introiit

§. I.

isputatione præcedente egimus de
MODO, quo per unum hominem pec-
catum in mundum introiit, & de SUB-
JECTO, in qvod per unum hominem
peccatum introiit; nunc progradimur
ad peccati illius EFFECTUM, vel potius
conseqvens, qvod est MORS. Nam
per unum hominem, inquit, Apostolus,
peccatum in mundum introiit, ac per
peccatum mors. Si qvaritur, qvid nam
per mortem, qvæ per peccatum in mundum introiit, intelligatur,
respondes parte I. Systemat: Theolog: lib: t. c. 3 p. II. Mors natu-
ralis Adami, peccatum naturale Adami, & vitium ipsum corruptionis ex
materia ejus corruptibili innatum, consequta est; Mortem legalem A-
dam peccatum legale effecit. p. 13 14. Similiter ratione mortuorum A-
damum intelligimus dupliciter. Naturaliter, quando ex instituto for-
mationis sua, qvæ fuit ante legem, ultimum diem suum naturaliter obiit.
Legaliter, & modo spirituali, post Legem: decreto legis, & condemnatione
illâ, qvæ Spiritu cogitatur. Duplitem utiq; putabimus mortem in omni-
bus hominibus, qvælem & duplcem in Adamo concepimus. Naturalem,
qvæ naturaliter omnibus hominibus contigit ex innata sua sibi natura cor-
ruptibili & mortali: Legalem, qvæ mysticè homines omnes perculie
momento illo, quo in Adam decreta est. Naturalem, qvæ naturaliter
moriebantur homines omnes ante Legem: Legalem, qvæ in illos spirituali-
ter pervasit post legem ex transgressione legis: Naturalem, qvæ pecca-
sum naturale hominum, consecuta est: Legalem, quam effecit peccatum

N

legale

Respo-
dens I
TRUS C
gebred
Rosto

legale hominum, ex peccato legali Adami: lib. 5. c. 5. p. 265. Per unum hominem peccatum intravit in mundum & per peccatum mors: addidit Apostolus eo loci. Ubi adverte mortem de qua hic loquitur Apostolus non naturalem intelligendam esse, quæ ex vitio innato, & primæ creationis depravatione, nec non ex peccato radicibus inherente præcordiis hominum inhabet; Sed mortem spiritalem, ac mysticam hoc loco accipiendam, quæ secuta est imputationem spiritalem & mysticam peccati Adamici: p. 266. in omnes homines mors pertransiit ait Apostolus. Nimirum ut significaret, non sibi rem fuisse hoc loco cum morte illa, quod ex corruptione hominum naturaliter & inherenter eis obvenit: sed de illa tantum, quæ in expiatione peccati Adamici à morte Christi in illo transiit. Cap. 6. p. 672. Falluntur vero magnopere, qui autumant, mortem aeternam Consecutam esse condemnationem illam mortis, quæ decreta fuerit ex peccato Adamico. Demonstratum enim esse plus satis arbitrar, ex D. Paulo ad Romanos, quem adhanc rem laudavi superiori capite Condemnationem illam mortis non aeternam fuisse sed finibus certis circumscriptam. Natam esse cum Adamo, perisse cum Moysi. lib. 1. c. 2: p. 6. sunt qui putant & bella, & febres, & pestes, & totas corruptiones naturalium cohortes terris incubuisse, ex imputatione peccati illius Adamici, quod primum omnium legem Dei infregit. Acriter nempe illud contendunt ex non animadversa distinctione peccati naturalis & legalis. Peccatum enim naturale, quod naturæ ipsius pravum & vitium est, conseqvuntur naturaliter bella, pestes & febres, & quecumque de genere hoc conturbant, & male urunt homines.

§. 2. Ubi (a) negas i. mortem naturalem, vel mortem corporis per Adamum transgressionem in mundum introisse. 2. Mortem aeternam oriri ex peccato Adamico. 3. Mortem figurate, & impropterè dictam complectentem omnis generis calamitates, peccati, quod per unum hominem in mundum introit, esse consequens vel effectum: Quia in re imitatis Pelagianos dicentes hominem mori non paenam culpæ, sed necessitate naturæ, ipsumq; Adamum esse mortuum non merito culpæ, sed conditione naturæ De illis scribit Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis c. 9. Quantum autem ex alijs comperi, hoc ibi sentiunt, quod & mors ista, quæ illuc commemorata est, non sit corporis, quam nolum Adam peccando meruisse.

quæsi lib: 3. de peccatorum meritis c. 1. De questionibus quas mihi pro-
posueras, ut ad te aliquid scriberem adversus eos, qui dicunt: Adam, eti-
am si non peccasset, fuisse moriturum, nec ex ejus peccato quicquam ad
ejus posteros propagando transiisse: (b) Affirmas, mortem spiritalem,
mysticam, factitiam per unum hominem in mundū introiisse; qvæ sen-
tentia est nova, & ab homine efficta; sicut enim tu singis, homines
ante Adamū extitisse in mundo ab infinitis retro seculis, ita quo-
q; excogitas mortem hanc spiritalem & mysticam, de qua scribis,
qvod secuta sit imputationem spiritalem, & mysticam peccati A-
damici.

S. 3. Qvod attinet mortem naturalem, de qua scribis,
qvod ex corruptione hominum naturaliter, & inherentur eis ob-
venerit, Respondemus: Falleris: non ita est. Aut si ita est, & non fal-
leris, divinis id auctore documentis, Nā dicere, qvòd mors naturalis
per peccatum Adamicum in mundum non introierit, non conve-
nit i. hatum enuationum subjecto; Mors per peccatum in mun-
dum introiit: Mors in omnes homines pervasit: qvia Apostolus indeterminatè loquitur, & absq; distinctione; aut igitur di-
cendum est mortem naturalem non esse mortem, aut est demon-
strandum, Apostolum hic non loqui de morte naturali. Prius
dici nequit, qvia mors naturalis propriè mors dicitur. Posterius
qvidem dicis, non vero probas 2. Ipsi contextui. Nam vers. 14. A-
postolus ita argumentatur: Si peccatum non fuisset ante Mosen,
& subjectum peccati non fuissent omnes homines ab Adamo usq;
ad Mosen, peccati effectus qvoq; non extitisset, neq; in omnes ho-
mines, qui ab Adamo usq; ad Mosen vixere, mors regnasset (nam
negatā causā negatur effectus:) sed regnavit mors ab Adamo usq;
ad Mosen etiam in parvulos, qui Adamo peccanti fuerunt dissimiles
neq; peccare potuerunt ad similitudinem transgressionis
Adami. Ubi Apostolus probat ex effectu, vel regimine mortis na-
turalis (Nam huic & infantes, qui non eo modo, qvo Adam, id est
plena, & deliberatā voluntate manifestò fuerunt obnoxij) qvòd
ante Mosen vel legem promulgatam fuerit peccatum. Nam po-
sito effectu peccati ponendum qvoq; erat ipsum peccatum. In-

N 2

qvam

quam sententiā citare possumus quod scribis Exercit: c. 9 Quae vero proximè dixerat Apostolus: Intravit peccatum in mundum, & per peccatum mors: Erant satis ad demonstrandum introitum peccati, & mortis in mundum; ad demonstrandam item relationem quae est inter peccatum & mortem, ut post peccato, mors necessariò poneretur, & sequeretur. Verum ut plenius significaret introitum illum & totam relationem adimpleret, convertere voluit propositionem Apostolus, ut quemadmodū post peccato ponitur & sequitur mors, ita etiam reciprocè posita morte in ferretur necessario peccatum 3. scripturæ dictis. 4. Sanctorum Patrum testimonijs.

§. 4. Primum scripturæ dictu cui non convenit, quod mors naturalis per peccatum Adamicum non introierit in mundum, extat Genes. 2. v. 16. 17. Et dicit Dominus Ade, de omni ligno, quod est in Paradiso ederis, de ligno autem scientia boni & mali non ederis, quia die antem manducaveritis ex eo, morte moriemini. Ex hoc loco ita argumentamur.

Mors comminationis loco tanquam pena peccati, & inobedientiae homini denuntiatur. E.

Mors corporis non est conditio, naturalis sed pena, & effectus peccati, quod per unum hominem introiit.

Sed excipis contra hunc locum, Et (4) dicas, nullam esse hujus argumenti consequentiam: quia 1. distinguis inter mortem legalem & mortem corporis 2. negas quod presenti loco agatur de morte corporis. Nam parte I. Systematis Theologici lib. 1. c. 3. scribis: imò inquietunt, hoc edixerat Deus Adamo de ligno scientia boni & mali ne comedas, ex quo cunq; enim die comederis, morte morieris, Ergo insistunt: si mors data fuit pena Adamo, quo die peccaret in legem Dei, mortuus nunquam fuisset Adamus, si nunquam in legem Dei peccasset. Negatur vero & pernegatur consequens; Quamvis enim decreto legis moriantur, qui occidunt, non id circa tamen immortales sunt, qui non occidunt, Plenos & puros sanguinis eadem versat mortis fatalitas. Differentia hec est inter utrorumq; mortem, quod puri & vita integri mortaliter & simpliciter moriuntur, Scelerosi vero & nocentes qui moriuntur ex decreto legis, dupliciter moriuntur naturaliter & legaliter, morte naturali illa que

qua est ex condamnatione legis, Legalis & civilis appellata est &c. Idem accidisse Adamo putandum est, damnatio ex lege Dei quod alij hominibus damnatis ex legibus hominum.

R. Qvod optimasit Consequentia, qvia Adamus ante lapsum erat 1. valde bonus, nam omnia fuerunt valde bona à Deo creata Genes. I. v. 31. Mors corporis autem est mala, 2. Integer, justus, perfectus, sine omni labo & vitio; fecit enim Deus hominem rectum Ecclesiast. 7. v. 30. 3. Immortalis ex gratia Creationis; & dono concreato, per qvod poterat non mori, qvia conditus est homo ex à Q[uo]d ap[osto]lo ad conditionem incorruptam Sap. 2. v. 23. 4. Mortalis non absolutè vel per potestiam moriendi proximam, (hæc enim presupponit peccatum, & legis divinæ transgressionem) sed hypotheticè, per potentiam remotam. Post lapsum autem nemo est absq[ue] labo, nemo integer, & justus; omnes sunt peccatores, omnes sunt mortales per potentiam proximam, qvia per unum hominem peccatum in mundum introiit; pessime igitur judicas è conditione, & qualitate illorum, qui in peccato sunt natu, & peccatum originale habent, sive illi sint pleni, sive puti sanguinis, de conditione, & qualitate Adami adhuc incorrupti, & in statu integratatis viventis.

S. 5. (b) Argumentaris seqventi modo:

Adamus illo ipso die, imo illo ipso momento, quo peccavit in legem Dei, intelligitur mortuus. E.

Mors, qvæ per Adami transgressionem in mundum introiit, non est mors corporis.

Antecedens, aī parte i. system. Theolog. lib. I c. 3. Evidenter demonstratur per Adamum ipsum Edixerat Deus Adamo in quoque die comedensis, morte morieris. Mortuus igitur intelligitur Adamus illo ipso die, imo illo ipso momento, quo peccavit in legem Dei. Consequens probas loco cit. quia neg, naturaliter neg, corporaliter mortuus est Adamus momento, & die illo, constat enim virile annos circiter nongenos postquam peccavit.

R. Ad consequens negatio. Nam morte mori in hac combinatione divina non significat actu statim ipso interrire, vel ea

N 3

ipso

ipso mometro, quo peccatum committitur, extingui, sed mori quoad debitum, vel obligatione sentire certa mortis venturæ indicia, eoq; modo affici, ut ultima hora, quâ esse de sinim, nō sola mortem faciat, sed sola consummet: quid enim tempus hujus vitæ aliud est, quam cursus ad mortem? Tunc etiam, inquit Augustinus lib: 1. de peccator. meritis. c. 16. morbo quodam ex repentina, & pestifera corruptione concepto factum est in illaz, illâ in qua creati sunt stabilitate etatis amissi per mutabilitates etatum irent in mortem. Quamvis ergo annos multos postea vixerint, illo tamen die mori, cuperunt, quo mortis legem, quam in senium gererascerent, acceperunt. Non enim stat vel tempore puncto, sed sine intermissione labitur, quicquid continua immutatio sensim currit in finem, non persicentem, sed consumentem.

§. 6. Secundus scripturæ locus, cui non convenit, quod mors naturalis vel mors corporis in mundum per peccatum ex Adamo contractum nō introierit, repetitur in Epist. ad Rom. cap. 7 v. 22. Misericordia homo, quis me eripiet ex hoc corpore morri obnoxio? Tu vero contra hunc locum excipis, & sis, quod in illo agatur de miseria & morte hominis loquentis ante legem & Adamum, nullaq; propterea ratione ex ea probari possit mortem corporis per peccatum in mundum introisse. Nam Exercitatione cap. 17. p. 35. scribis: Introduxit autem hoc loco divus Paulus hominem loquenter absq; legem & ante legem: Constituum haud dubie substratu illo naturæ quem diximus praecessisse statum legis, nam de se solo locutum hic Apostolum nec verisimile est, cum lex utraq; & Adami & mortis fuerit longe antea illum: Neg, dic posse, vixisse illum unquam absq; lege, introduxi, inquam, hominem loquenter quondam non in indefinitè absq; lege & ante legem. Ergo ante Adamum cum definitè lex data fuerat Adamo Julianū Pelagium, cum sensu alium, novum & stortum, & à verò abhorrentem, hic moliebatur exsculpere, & non vrebatur asserere: Judæū ab Apostolo hoc cap. introduci loquentem; Beato August. quando paulò ante dixerat: Ecce non secundum vos quicuri; Judæo, sed secundum beatissimum Ambrosium de se ipso Paulus Apôl. plus dicit: Video aliam legem & c. lib: 2. cotta eundem Pelagium p. 318 ita illo quivit. Quantalibet ferari animi observatione Julianæ, quantalibet in versus nos servitacione pro Pelagiano

giano errore confitas, tanta per beatum Ambrosium circumvallariis rerum evidentia tantā verborum ejus manifestatione confunderis, ut profectō si nulla tentio, cogitatio, consideratio religionis, pietatis, humanitatis & in te ipso advertenda veritatis à pertinaci intentione revocaverit, ostendas quantum in malis humanis valeat eō quenquam fuisse progressum, ubi manere non libeat, unde jam redire pudeat. Sic enim te credo afficerum ista legeris? Sed o si pax Christi in tuo corde vincat, & bona paenitentia de mala verecundia palmam ferat, & lib: 6. contra Pelagium C. II. Quid est, quod in Iudeorum superbiam frustra conaris ista verba transferre, tanquam ipsos in se transfiguraverit Apostolus. Qvomodo autem & qvibus verbis nos hoc loco te alloquemur? Sed videamus, qvo pacto opinionem tuam probes.

S. 7. Argumentum, qvo uteris est:

Apostolus hic non de se solo locutus est, nec vixit ante legem.

E. Apostolus h̄c introduxit hominem loquenter absq; lege, & ante legem constitutum, haud dubie sub statu illo nature, qvem diximus præcessisse statum legis.

Antecedens probas, qvia verisimile id esse scribis. Nam Apostolus loquitur de eo qui vixit sine lege: Ipse autem non absq; lege vixit, cum lex utraq; & Adami & Mosis fuerit longe ante illum. Consequens probas, qvia ante Adamum vixerunt absq; lege & ante legem.

Resp: I. Ad antecedens per Concessionem, qvōd Apostolus nō de se solo loqvatur, videamus enim (ut hic utamur verbis B. Augustini) in illis Apostoli verbis gemitum esse sanctorum, 2. ad Antecedentis probationē per inflictionē; negamus enim Apostolū h̄c loqui de eo, qui vixit sine lege, nam Apostolus, ut paulo post videbimus, loquitur de sensu legis & offendit, qvōd absq; illo peccatum sit mortuū, sit in efficiā, & non cognoscatur, non augeatur, describit enim i. hominem securū, & nondū conversum ab adjuncto, qvōd est sine lege vivere, id est peccatum non sentire, peccato nō terreri, nos percipere irā Dei super peccato, judicare bona, qvæ sunt mala, & mala qvæ

98 Disp. IV. ex v. 12. Cap. 5. Ep. Ad Rom.

Sunt bona. Talis aliquando, id est ante conversionem, fuit Paulus Apostolus: 2. hominem legis sensum percipientem, vel per legem exercitatum ab adjuncto, quod est mori, id est, non amplius judicare, quod illud non sit peccatum, quod tamen revera peccatum est, vi. Ecce, se esse sub maledictione, se damnari propter peccatum, se esse sub ira Dei &c. 3. Ad Consequens per infestationem. Nam quæ ratione sequitur. Si Paulus non loquitur de se solo, sequitur illum hic introducere hominem loquenter absq; lege, & ante legem: Illud autem rectissimè sequitur, si Paulus non loquitur de se solo sequitur ipsum non introducere hominem loquenter absq; lege & ante legem. Nam quid Paulo cum Præadamita? Confundis itaq; & refutas temetipsum hoc loco quando dicas Paulum non absq; lege neque ante legem vixisse; Illum autem quem ipse hic introducit vixisse absq; lege & ante legem. 4. ad consequentis probationem, quod non Entis nullæ sunt effectiones.

S. 8. Falsissimum autem est Apostolum hic introducere hominem viventem absq; lege & ante legem. Nam v. 7, 8, 9, 10, 11, 12, resolvit occupationem illam.

Lex mortificat. E. Lex est, Peccatum.

Conseq, prob. quia proprium peccati est mortificare, occidere. Respondet. ad Consequens per Rejectionem. quomodo enim renatus potest dicere, legem esse peccatum; quia ipse cognovit peccatum, peccatum autem non cognovit nisi per legem, nam quod concupiscentia Originalis sit peccatum, non novisset, nisi lex dixisset: Non concupiscas; quod probat Apostolus suo Exemplo: aliud igitur est lex, quæ cognoscitur, & aliud est peccatum, quod ex lege cognoscitur. 2. Ad antecedens (a) per distinctionem, quæ distinguunt inter id quod mortificat per se, & quod mortificat per accidens. (b) per Infestationem, negat enim, quod lex per se mortificet, quia lex per se non gignit, non operatur in homine omnem concupiscentiam, vel omnes vitiosos affectus; Peccatum autem occasione accepta per legem in homine gignit omnem concupiscentiam, omnes vitiosos appetitus legi Dei adversantes, quod probat, quia absq; lege peccatum monstrante & accusante, peccatum

et

est inefficax, est mortuum, & non cognoscitur. Nam si peccatum non esset in efficax, & mortuum absq; lege, homo nunquam viveret sine lege, id est sine sensu legis, sine sensu peccati, sine sensu iræ divinæ ; neq; veniente lege, id est, legis, peccati, & iræ divinæ sensu, peccatum revivisceret, & homo moreretur. Ego autem vivebam sine lege, sine sensu legis, sine favoribus conscientiæ, sine sensu peccati, sine sensu iræ divinæ ; putabam, cum adhuc Pharisæus eram, ea esse bona, & salutaria, qvæ postea per legis sensum mala esse cognovi. veniente autu lege, id est legis sensu, legis notitiâ, peccati revixit. Vel ut Augustinus illud exponit, apparere caput, est excitatum, cognitum, & apertum est factum, ego verò mortuus sum, sensu legis, peccati, & iræ divinæ percepto ; aperte factus obnoxius morti æternæ propter manifestam legis prævaricationem. (f) Per Inversionem :

Lex per se vivificat. E. lex non est peccatum.

Antecedens probat, qvia finis per se legis est vita, per accidens verò est mors. Nam lex, qvæ data erat ad vitam, reperta est ad mortem, non verò suâ culpâ, sed virtio imbecillitatis, & imperfectionis naturæ corruptæ, ex qva legi non perfectè satisfit. Nam peccatum occasione accepta per præceptum decepit me, & per illud occidit. Ubi peccatum describitur ab effectu, qvi est 1. decipere, seducere, facere hominem aberrare, qvod sit manifestum, quando occasionem accipit per legem, vel legis sensum, 2. Seductum & deceptum per legem condemnare & occidere. Qvibus absolutis, Apostolus concludit. Itaque lex ipsa qvidem sancta est, & præceptum sanctum ac justum & bonum. Peccatum verò non est sanctum, non justum, non bonum. E. lex non est peccatum.

§. 9. Versu 17. 18. 19. 20. Respondeat ad occupationem illam.

Paulus dicit, se esse carnalem.

E. Non loquitur de se tanquam justificato, & renato.

Antecedens probatur, qvia carnalem esse est proprietas illorum, qvi nondum sunt conversi.

Resp. Ad Consequens, si essem carnalis, sicuti fui ante conversionem, & sicuti carnales sunt nondum renati, qvi faciunt, qvod volunt, cum non loquerer de me tanquam renato, & justificato.

O

Nunc

Nunc autem postquam non sum carnalis sicuti fui ante conversionem, non adhuc ego perpetuo illud, sed inhabitans in me peccatum, ubi peccatum originale describitur, ab effectu, qui est efficere, ut renatus (talis enim erat Paulus) non faciat, quicquid ex gratia Dei vult, dum legem non implet, & eventus voluntati non responderet, quia tamen in renato non habitat bonum originale. 2. In renato habitat malum originale. Prout probat sequenti argumento:

Renatus vult bonum agere, & querit, non autem reperit, ut faciat bonum. E. In renato non habitat bonum originale.

Antecedens probat suo exemplo: Nam velle, inquit, adest mihi, ac ut faciam bonum, non invenio. Posterius probat sequenti argumento:

Renatus non facit bonum, quod vult, sed agit malum, quod non vult. E. In renato habitat malum originale.

Consequens probat ex effectu, suo exemplo dicens: Si in me non habaret malum originale, facerem id quod volo, si vero quod non volo, ego facio, non perpetuo illud, sed inhabitans peccatum.

Quibus expositis concludit & repetit, quod et Renatus velit bonum facere 2. renato obstat, & impedimento sit lex, vel virtuosa natura. Prout, quod renatus velit bonum facere, probat sequenti argumento.

Renatum delectat lex Dei secundum interiorum hominem, id est quatenus est renatus. E. Renatus vult bonum facere.

Antecedens probat suo exemplo: Delectat enim me, inquit, lex Dei secundum interiorum hominem:

§. 10. Versu 23, Respondebat ad occupationem illam: Renatum delectat lex Dei. E. Renato non obstat, vel impedimento est virtuosa natura, ut legem Dei servet & impleteat:

Si renatus non videret aliam legem in membris suis rebellantem legi mentis suae, & captivum reddentem legi peccati, quae est in membris suis, tunc ipsi non obstat, vel impedimento esset virtuosa natura, ut legem Dei servet & impleteat; sed renatus vider aliam legem in membris suis rebellantem legi mentis suae, & captivum reddentem se legi peccati, quae est in membris suis, quod probat Apostolus suo exemplo dicens: Si non viderem aliam legem in membris meis rebellantem legi mentis meae, & captivum me reddentem legi

legi peccati, quæ est in membris meis, tum mihi non obstaret vitiola natura, ut legem Dei impleam; sed video aliam legem in membris meis rebellantem legi mentis meæ & captivum reddentem me legi peccati, quæ est in membris meis. Prius preponit Apostolus, sicuti solet, & multis exemplis probari potest, implicitè. Posterius explicite. Falsum itaq; est, vult dicere Apostolus, quod renatus non sit impedimento peccatum originale, ut legem Dei servet, & impleat, illud enim ipsum captivat, ut sibi obtemperet, legi divinae autem non obediat,

§. 11. Versu 24. 25. Responderet Apostolus ad occupationem illâ:

Renatus propter aliam illam legem, quam videt in membris suis rebellantem legi mentis suæ, morti corporis, & multis calamitatibus, atq; ærumnis est obnoxius. E. Renatus est πελαιτωρ, est ærumnosus, est miser homo.

Consequens probatur, quia nemo est, qui illum eripiet ex hoc corpore morti obnoxio, vel morte corporis, atq; hujus vite calamitatibus & ærumnis.

Resp. I. Ad Consequens per concessionem, & concedit quod renatus sit πελαιτωρ, ærumnosus & miser homo, illudq; probat suo exemplo dicens: Miser ego homo! 2. Ad Consequentis probationem per inficiationem. Negat enim, quod renatus propterea sit ærumnosus & miser, quod nemo illū eripiat, & erexitur sit ex hoc corpore mortis, ex hoc corpore mortali, ex ærumnis, & calamitatib⁹ huj⁹ vitæ, quia renatus gratias agit Deo, quod sibi per Dominū Jesū Christū dedit, & datus sit victoriam, quod probat suo exemplo dicens: Gratias ago Deo per Dominum nostrum Jesum Christum. Posito itaq; Christum nos liberare à morte corporis, ponendum quoq; erit mortem corporis per Adamum in mundum introisse, Quemadmodum enim per unum hominem &c.

§. 12. Quibus resolutis, percipe, quid dicat Beatus Augustinus, quem si imitatus fueris, optimè tibi consules. Is lib: 6. contra Julianum C. II. de se scribir, quod autē verba Apostolica, ubi dicit scio, quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum &c: cetera usq; ad illud, ubi

ait, miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus: me affirmas aliter intelligere, quam eorum ipsum caput debet intelligi, nesciens mibi plurimum tribuis. Non enim ego solus aut primus sic istum locum intellexi, quō evertitur barefis uestra, quemadmodum verè intelligendus est, imò verò ego prius cum alicer intellexeram vel potius non intellexerim, quod mea quedam illius temporis etiam scripta testantur: Non mibi enim videbatur Apostolus & de se ipso dicere potuisse. Ego autem carnalis sum, cum esset spiritualis, & quod captivus duceretur sub lege peccati, que in membris erat ejus. Ego enim putabam, diei isti non posse, nisi de ipsis, quos ita habebat carnis concupiscentia subjugatos, ut facerent quicquid illa compelleret, quod de Apostolo dementis est credere: Cum etiā innumerabilis multitudine sanctorum, ne concupiscentias carnis perficiat, contra carnem spiritus concupiscat; sed postea melioribus & intelligentioribus cessit, vel potius ipsi, quod fatendum est veritati, ut viderem in illis Apostoli vocibus genitum esse sanctorum, concreta carnalia concupiscentias dimicantium. Qui cum mente sint spirituales, adhuc tamen isto corruptibili corpore, quod aggrevat animam, recte intelligantur esse carnales, qui erunt & corpore spirituales, quando seminatum fuerit corpus animale, & resurget corpus spirituale. Et recte adhuc intelliguntur ea parte captivi sub lege peccati, que desideriorum, quibus non consentiunt mortibus subjacet. Hinc factum est, ut sic ista intelligerem, quemadmodum intellexis Hilarius, Gregorius, Ambrosius, & cateti Ecclesiae sancti, notiss. Doctores, qui & ipsum Apostolum adversus carnalia concupiscentias quas habere solebat, & tamen habebat, strenue contestasse, eundemq; conflitum suum illi suis verbis contestatum fuisse senserunt. lege qvoq; lib. 2. 3. contra Pelag. lib. 1. de nuptiis. lib. de predestinatione. Vide qvomo tota tua causa impulsa, prostrata, contrita & proiecta sit.

S. 13. Tertius scripturæ locus, Cui non convenit. quod mors corporis in mundum per peccatum originale non introierit, exstat in eadem Epistola capite 8. v. 10. ii. Si verò Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: Spiritus autem vita est, propter justitiam. Si verò spiritus ejus qui excitavit Jesum ex mortuis habitat in vobis, ille qui excitavit Christum ex mortuis vivificabit & mortalia corpora vestra propter ipsius spiritum habitantem
in vobis.

in vobis. Sed excipis contra hunc locum, & dicis; quod in eo agatur de morte naturali, cuius causæ peruntur ex substantia & materia ipsa hominum, non ex peccato Adami. Nam parte i. Syst. theolog. C. 3. p. 14. scribis Memorare ajebat David Psal. 89. quia mea substantia, & paulo post: quis est homo, qui vivat & non videbit mortem? Quae de morte naturali intellexit Propheta Rex, cuius causas pergit ex substantia & materia ipsa hominum non ex peccato Adami. Adde his que D. Paulus scriptis Rom 8. quod sapientia mortis est. Videamus itaque, utrum haec tua exceptio inveniat locum.

S. 14. Versus 3. Responde Apostolus ad occupationem illam. Lex renatus non potest absolvere, & justificare. E. Renati non liberati sunt alege peccati, & mortis.

Antecedens 1. proponit implicitè. 2. probat implicitè (utrumq; enim patet ex responsione explicitè posita) quia (a) peccatum in iudicio Dei per legem nos accusat (b) ex imbecillis facta per carnem, vel naturam nostram corruptam.

Resp. Ad Conseguens per Inficiationem, quia datur alia causa, cuius virtute, & merito renati liberi redduntur a jure peccati, & mortis. Nam quod lex præstare non poterat, quia infirmata erat, vel imbecillis facta per carnem, vel naturam nostram corruptam; ipse Deus, qui proprium Filium misit in similitudine carnis peccati fecit, & propter peccatum filio propriis inpotarum, condemnavit peccatum in carne scilicet habitans, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem veramur, sed secundum spiritum, quod i. proponit v. 3. 4. 2. probat (a) per ἄροτρον, quod subiectum, cui impletio justificationis legis, quam Filius Dei suā obedientiā nobis meruit, imputatur, non sint carnales, qui curant, quae sunt carnis, sequenti Argumento:

Carnales non sunt spirituales. E. In Carnalibus justificatio legis non impletur.

Antecedens probat, quia Carnales curant, amant, querunt, ambiunt, quae sunt carnis, & corruptæ naturæ; spirituales vero curant, spiciunt, quae sunt spiritus. quod proponit v. 5.

O 3.

Conse.

Conseqvens probat: Nam affectus carnis mors est, affectus autem spiritus, qualis est hominis renati, in quo justificatio legis impletur, est vita & pax, qvod i. proponit v. 6. Prius puta qvòd affectus carnis sit mors, probat seqventi argumento:

Affectus carnis est inimicitia adversus Deum. E. Affectus carnis est mors.

Antecedens i. proponit v. 7. 2. probat seqventi argumento:

Affectus carnis legi Dei non subditur. E. Affectus carnis est inimicitia adversus Deum.

Antecedens i. proponit. v. 7. 2. probat v. eod. qvia non potest ei subjici. Conseqvens probat, qvia, qvi sunt in spiritu, idest reguntur à Spiritu Sancto, novos motus cordis sentiunt, & Deo placent; Qui verò in carne sunt, idest nondum regeniti, Deo placere non possunt, qvod proponit v. 8. (B) per H̄m̄, qvòd subiectum, cui impletio justificationis legis, quam Filius Dei suā obedientiā nobis meruit, imputatur, sint renati, vel spirituales, qvod probat seqventi argumento:

Renati non sunt carnales, sed spirituales. E. In renatis justificatio legis Impletur.

Antecedens i. proponit vers. 9. Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu. 2. probat seqventi argumento :

In renatis habitat Spiritus Dei. E. Renati sunt in Spiritu, vel spirituales.

Antecedens i. proponit vers. 9. Siqvidem Spiritus Dei habitat in vobis. 2. probat, qvia omnia membra Christi habent Spiritū Dei, vel Spiritum Christi; si verò qvis Spiritum Christi non habet, non est e-
ius; Non est membrum illius, qvod proponit. vers. 9.

Conseqvens. E. In renatis justificatio legis impletur, probat, qvia si Christus non esset in renatis, justificatio legis in illis non impletur, si verò Christus est in renatis, corpus qvidem mortuum est propter peccatum scilicet in carne habitans, Spiritus autem vita est propter justitiam. Ubi describitur mors naturalis (a) à subiecto, qvod sunt renati, qvales erant Romani spirituales (b) à causa effidente, qve est peccatum, qvod qvidem efficit, ut renatus moriatur morte natu-
rali, ut autem in renato non impleatur justificatio legis, peccatum in illo

illo non potest efficere, nam in renatis, quales erant Romani; corpus quidem mortuum, id est moriendi necessitate constrictum, propter peccatum in carne habitans, Spiritus autem vita est, id est Spiritus Sanctus renatum vivificat propter justitiam, quam legis impletione Christus nobis acquisivit.

S. 15. Hic poterat opponi: Paulus tu dicas: Peccatum originale efficeret ut renati moriatur morte corporis, velefficere corpus ipsorum mortuum. Jam verò constat, quod mors naturalis, cum sit effectus peccati, pugnat cum impletione justificationis legis, quomodo itaque dici potest, quod justificatio legis impletatur in renatis? Qvarae sequens proponitur argumentum.

Peccatum efficit, ut renati moriantur morte corporis, vel efficit ipsum corpus mortuum. E. In renatis justificatio legis non impletur.

Antecedens præponitur vers. 10. Consequens probatur, quia mors naturalis est effectus peccati originalis, qui pugnat cum impletione justificationis legis. Si itaque justificatio legis in renatis impletur, renati etiam morte corporis non morerentur.

Resp. Ad probationem consequentis, si Spiritus ejus, qui excitavit Iesum ex mortuis non habitaret in renatis, tum renatorum mors naturalis pugnaret cum impletione justificationis legis; si vero Spiritus ejus qui excitavit Iesum ex mortuis, habitat in renatis, ille qui excitavit Christum ex mortuis vivificabit in resurrectione & mortalia corpora renatorum propter ipsius spiritum habitantem in renatis, quod proponit. vers. 11. Distinguit igitur Apostolus inter mortem naturalem renatorum vel spiritualium, & mortem naturalem carnalium & non renatorum. Horum mors naturalis pugnat cum impletione justificationis legis: Illorum autem non pugnat cum impletione justificationis legis, quia in non renatis Spiritus Dei non habitat, nec operatur. In renatis autem habitat Spiritus Dei, operatur, & timorem mortis extinguit, ut illam non estimescant tanquam peccati supplicium, & æternæ mortis principium, sed ut vitæ coelestis juvenam illam appetant, & desiderent. Nam mors corporis in renatis non habet pristinam naturam, & conditionem, siquidem ijsuatur in suavissimum somnum, & malorum omnium terminum. S. 16. A.

§. 16. Aspice et perpende quæ so, quam longissime tu aberes ab eo, quod hic Paulus scribit, & docet: Tu dicas, causas mortis naturalis petendas esse ex substantia & materia ipsa hominum, non ex peccato Adami, & in eo reperis, quod à Sancta Ecclesia s̄p̄c̄ est damnatum. Paulus distinguit inter substantiam vel materiam hominis, & inter peccatum, quod habitat, & h̄ret in substantia hominis. Non autem dicit, quod causa mortis naturalis petenda sit ex substantia vel materia hominis, sed dilucide scribit & pronunciat, quod renati vel justificati corpus sit mortuum propter peccatum. *Ei ḡ. 2. 14. cō
ūp̄m̄, inquit τὸ μὲν ζωγράφεν διὰ παρίας;* ubi describitur mors naturalis à causa efficiente, quæ est peccatum, quod quidem efficit, ut renatus moriatur morte corporis; non autem efficere potest, ut in renato non impleatur justificatio legis. Nam in renatis, quales erant Romani corpus quidem, mortuum, idest, moriendi necessitate constrictum propter peccatum in ipsis carnis adhuc h̄tēns & habitans. Spiritus autem vita est, id est Spiritus Sanctus renatum vivificat propter justitiam, quam legis impletione, vel obedientiâ suâ activâ legem implendo Christus acquisivit toti humano generi. Ille in media morte suâ gratiâ, & auxilio renatos erigit, & sustentat, ut Christum vitæ ducem, & mortis viatorem verâ cordis fiduciâ amplectentes se se lati ad mortem corporis cōponat, eamq; omni dolore superato, pacato, animo expectent diceant: Cupimus dissolvi, & esse cum Christo, sciunt enim quod per mortem Christi sint resurrecti ad vitam coelestem, & perpetuam. Nam nostrum corpus inquit B. Augustinus lib: 2. de peccatorum meritis, c. 30. mortuum est propter peccatum. Christi autem corpus solum mortuum sine peccato, ut fuso sanguine sine culpa, omnium culparum Chirographa delerentur, quibus debitores, qui in eum credunt, à diabolo ante tenebantur.

§. 17. Falsissimum autem est, quod cap. 8. v. 6. (quem locum citasti eum insinem, ut ex illo probes, quod mortis corporis causa petendas sint ex substantia & materia ipsa hominis) Apostolus loquitur de morte corporis. Describitur enim ibidem 1. subjectum in quo justificatio legis impletur. Illud vocat carnales, qui curant, quæ sunt carnis, & corruptæ naturæ: Hoc vocat spirituales, qui curant

rant, quæ sunt Spiritus. Quid carnales non sint subjectum, in quo justificatio legis impletur, probat, qui affectus carnis est mors, id est homo carnalis, homo qui carnaliter est affectus, & carnaliter vivit, est mortuus non corporaliter, quia illius anima nondum separata est à corpore, sed spiritualiter, quia separatus est à DEO, est sine fide salvifica, & propterea non fruitur favore, & gratia DEI, ad quam spiritualis admittitur fide per Dominum nostrum Iesum Christum, non habet tranquillam conscientiam, est sub maledictione, & Ira Dei, quod probat, quia affectus carnis est inimicitia adversus Deum, id est homo carnaliter affectus, est DEI inimicus, odit, & fugit Deum, quod probat, quia affectus carnis legi Dei non subditur, id est homo carnaliter affectus est ir- regenitus, est sine spiritu sancto, & ex prescripto carnis vivit, agit quod vult, & legi Dei sese non submittit, nec sese potest sub- mittere. Qui vero in carne sunt, vel carnis ductum sequuntur, agunt quod volunt; sine sensu legis, & peccati vivunt, illi DEO placere, ejusque amici esse nequeunt.

S. 18. Quartus scripturarum locus, cui non convenit, quod per peccatum originale mors corporis in mundum non introierit, reperitur. Cor. 15. v. 21. Postquam enim per hominem mors, etiam per ho- minem resurrectio mortuorum. Quemadmodum enim per Adam omnes mori- untur, ita per Christum omnes viviscabantur. Sed ait: Paulum hoc loco non agere de morte naturali, sed spirituali & mystica. Nam parte i. System. Theolog. scribis: *Ubi adverte, mortem, de qua hic loquitur Apostolus, non naturalem intelligendam esse, quam ex viro innato, & prima creationis depravatione, nec non ex peccato radicatus in herente praecordiis hominum in hestate. Sed mortem spiritalem, & mysticam hoc loco accipiendam, qua secuta est imputationem spiritalem & mysticam peccati Adamici.* Quid vero eiusmodi mors spiritualis non detur, qualem tu definis, sequens docebit disputatio. Quid igitur non est, neque unquam fuit, de eo quoque Apostolus non loquitur. Sed vi- deamus, utrum ipse non loquatur loco citato de morte corporis. Probaverat is v. 20. mortuorum resurrectionem sequenti argu- mento:

P

Chri-

Christus surrexit ex mortuis, & factus est primitus eorum, qui obdormierunt. E. mortui resurgent.

Huic argumento opponitur: Christus est homo. E. Per Christum non est resurrectio mortuorum. Ad hoc argumentū respondet Apostolus per inversionem: Christus est homo. E. Per Christū est resurrectio mortuorum. Consequevns probat. i. indeterminate. Postquam enim per hominem mors etiā per hominem resurrectio mortuorum, ubi describitur mors corporis à causa efficiente, per quam in mundum introiit, quæ est homo. Nemo quippe ambigit inquit Augustinus lib. 3. de peccator. meritis c. 11. hoc ibi de corporis morte dictum, quoniam de resurrectione corporis magnā Apostoli intentione quæstio versabatur. Ecce! Augustinus dicit, nemo ambigit: cui igitur tu ambigis, imo cur negas Apost: hic loqui de morte corporis, & lib. de peccator. meritis c. 7. Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum, quid aliud quā de morte corporis intelligi potest, quando ut hoc diceret de resurrectione corporis loquebatur, & Paulo post, deo etiam sola mors per hominem facta commemorata est, non eriam peccatum, quia non agebatur de iustitia, quæ contrariatur peccato, sed de corporis resurrectione, quæ contraria est corporis mortis. Determinate. Quemadmodum enim per Adam omnes mortiuntur: ita per Christum omnes viviscabuntur, ubi describitur (a) mors corporis determinatè i. à causa efficiente, per quam in mundum introiit, illa est Adam primus homo simpliciter. Per hanc, inquit August. in Epist. :8. quæ est ad Hieronymum Apostolicam sententiam evidenter elucet, neminem ire in mortem nisi per Adami, 2. à subiecto, quod sunt omnes homines (b) resurrectio corporis i. à causa efficiente, quæ est Christus. 2. a subiecto, quod sunt omnes homines. Ad antecedens autem objectionis respondet v. 23. 24. 25. 26. 27. ubi docet, quod magna sit disparitas inter Christum, & reliquos homines.

S. 19. Quintus scriptura locus, cui non convenit, quod mors corporis per peccatum originale in mundum non introierit, extat eodem cap. v. 53, 54 55. 56. Oportet enim Corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem tunc sicut sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in Vicior am, ubi tuus es mors aculeus, ubi tua in fera Victoria?

Gloria? Aculeus autem mortis peccatum, potentia verò peccati lex. Ubi Apostolus seqventi modo argumentatur:

Beati canent in adventu Christi : absorpta est mors in perpetuum,

Ubi tuus ô mors aculeus? ubi tua ô inferne Victoria?

E. Oportet corruptibile istud induere incorruptibilitatem, &

Mortale istud induere immortalitatem.

Antecedens probat, qvia (a) hanc Victoriam Deus in V.T. per Prophetam Esaiam, & prophetam Hoseam prædixit, quod proponit v. 54, 55. Propheta Esaias dicit c. 15. v. 8. absorbebit mortem in æternum, vel ad Victoriam: Propheta Hoseas dicit. E. manu inferni redimam eos, à morte reducam eos, ero pestis tua ô mors, ero excisio tua inferne. (b) Hæc promissio implebitur coalsummatè, quando Dominus noster Jesus Christus suā voce excitavit mortuos, & corruptibile induit incorruptibilitatem, & mortale induit immortalitatem. Tunc enim omnes beati, omnes electi canent, absorpta est mors ad victoriam, absorpta est mors in perpetuum: ubi tuus ô mors aculeus? ubi tua ô inferne victoria? quod probat, qvia tunc 1. deleterum erit peccatum, quod est causa corruptionis & mortis. 2. sublatō itaq; aculeo mortis, sublatum qvoq; erit peccatum, & sublatā lege, sublata qvoq; erit potentia legis, qvia aculeus mortis est peccatum, & potentia peccati est lex, quod proponit v. 56. sublatō igitur peccato, quod est causa corruptionis & mortis, sublata qvoq; erit corruptio & mortalitas: sublatā lege, sublata qvoq; erit virtus & potentia legis; Aculeus itaq; mortis peccatum est, inquit Augustinus, lib. 3. de Peccator. meritis c. II. Peccati puncū mortificatum est genus humanum. Quid adhuc querimus, cuius mortis, utrum anime, an corporis, utrum primæ, quā nunc omnes morimur, an secundæ, quā tunc imp̄i morientur? Nulla causa est ex agitandi questionem, null⁹ tergiversandi locus, Apostoli verba, quibus id agebat, interrogata respondent, cum mortale hoc, inquit, indueris immortalitatē tunc fiet sermo, qui scriptus est; absorpta est mors in victoria ubi est mors victoria tua? ubi est mors acule-

tuus? aculeus autem mortis peccatum, virtus vero peccati lex. De resurrectione corporis agebat, quia absorbebitur mors in victoria, cum mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc ipsi morti insultabitur, quae in victoria resurrectionis corporis absorbebitur. Tunc ei dicetur, ubi est mors Victoria tua? ubi est aculeus tuus? mortis ergo corporis hoc dicetur, hanc enim absorbebit victoriosa immortalitas cum mortale hoc immortalitate induetur, morti inquam corporis tunc dicetur, ubi est mors Victoria tua, quia hic omnes sic viceras, uteriam Dei filius tecum configeret, regis non vitando sed suscipiendo superaret. Vicit in morientibus, victa est in resurgentibus. Victoria tua quae absorberas corpora morientium temporalis fuit; Victoria nostra, quae in corporibus absorpta est resurgentium, eterna constabit, ubi est aculeus tuus? hoc est peccatum, quo puncti & venenari sumus, ut etiam in nostris corporibus fieres, & ea tam longo tempore possideres?

S. 20. Sed excipis contra hunc locum & alios: Apostolum hic non loqui de morte contracta ex peccato Adami. Nam parte 1. Syst. Theol. lib. 5. c. 5. p. 267. scribis: Mortem illam naturalem intellectus D. Paulus idem Corinthiorum prima C. 15. ubi de fine ultimo rerum agit, ultima autem inimica, aut ille, destructur mors, quae de morte contracta ex peccato Adami intelligi non possunt; destructa est enim mors illa in Mose destrutto. Regnavit mors ab Adamo usq; ad Mosem, intelligi ergo debent de morte naturali cuius destructionem Deus distulit in finem ultimum rerum. Ultima inimica destructur mors. Neg; dum enim destructa est mors naturalis & inherens illa, qua sequitur naturam sui peccati naturalis & inherentis. Vigent & vigebunt indivulsè sociata unio illa peccatum naturale, & mors naturalis usq; in finem seculorum, neg; destruentur nisi in destructione ipsa mundi: Ubi i. concedis, quod Apostolus loquitur de morte naturali vel morte corporis. 2. negas, quod haec mors sit contracta ex peccato Adami, illudq; probas seqventi argumento:

Mors contracta ex peccato Adami est destructa in Mose destrutto.

E. Mors, de qua hic Paulus loquitur non est contracta ex peccato Adami.

Ante-

Antecedens probas, qvia mors contracta ex peccato Adami regnavit usq; ad Mosen destructum. Consequevns probas, qvia mors illa, de qua Paulus hic loquitur, nondum est destruta, sed destruetur, quando mortui excitabuntur. Nam ultima inimica, dicit Apostolus, destruetur mors:

Respondemus (a) ad Antecedens negando, qvod simpliciter sit destrutus i. Moses 2. Mors contracta ex peccato Adami. Prius negamus, qvia potentia legis non simpliciter est destruta: Nam corruptibile nondum induit incorruptibilitatem, neq; mortale hoc induit immortalitatem. Positá itaq; legis Potentiā, ponenda erit lex, ponendus erit Moses. Qvare legem, inquit Paulus Rom. 3. 30. non destruimus per fidem, sed stabilimus. Neq; Christus venit & mortuus est, ut legem solveret, sed impleret Matth. 5. 12. Antinomī mordicus defendebant, qvod Moses in Ecclesia simplieriter esset destrutus. Nos autem credimus, docemus, & confitemur, eti verē in Christum credentes à maledictione & coactione legis liberati sunt, qvod ij tamen non sint sine lege, sed potius in ea quotidie se excercere debeant. Posteriorius negamus, qvia peccatum originale non simpliciter est sublatum. Namin non renatis adhuc regnat & dominatur; renatis qvidem illud non imputatur, est verò in illis alia illa lex, qvam vident in membris suis rebellantem legi mentis suæ. Posito itaq; peccato Originali, vel peccato ex Adamo contracto, ponenda erit mors contracta ex peccato Adami. Hrc in non renatis est peccati supplicium, in renatis verò manet ad fidei certamen, & exercitationem.

S. 21 Si itaq; dicitur, mors ista corporis si peccato accidisset, non utiq; post remissionem peccatorum, qvam Redemptor nobis tribuit moreremur. Respondet beatus Augustinus libro 2. de peccat. merit. cap. 33. Non intelligunt, qui hoc dicunt, quomodo res, quorum reatum, ne posthanc vitam obfit, DEUS solvit, tamen eas ad certamen fidei sinit manere, ut per illas erudiantur & exerceantur proficienes in agone justitia posset enim & aliis hoc non intelligens dicere, si propter peccatum dixit Deus homini,

in sudore vulnus tui edes panem tuum, & spinas, & tribulos paries tibi
terram: quare & post remissionem peccatorum labor his permanet, & hac
dura & aspera parit etiam terram fiducium? Item si propter peccatum di-
ctum est mulieri, in genitu paries, cur etiam post remissionem feme
fideles eosdem dolores parturiendo patiuntur? Et tamen constat propter
peccatum quod admiserant, illos a Deo primos homines haec audisse, atq;
meruisse, nec resistit his verbis divini libri, qui posuit de labore hominis
& de parturitione mulieris, nisi qui prorsus alienus a fide catholicæ eisdem
literis adversatur. Verum quia & tales non desunt, quemadmodum eis
haec questio[n]e proposita respondemus dicentes, ante remissionem esse illa
supplicia peccatorum, post remissionem autem certamina exercitationes
que iustorum: Ita & illis, quos de morte corporis similiter movere respon-
dere debemus, ut eam & peccato accidisse fateamur, & post peccatorum
remissionem, ut magnus timor ejus a proficiensibus supereretur, ad certamen
nobis relictam esse non dignemur. Unde minandum non est, & mor-
tem corporis non fuisse eventuram homini, nisi præcessisse peccatum, cu[m]
etiam talis poena consequeretur & post remissionem peccatorum eam si-
delibus evenire, ut in ejus timore vincendo exerceretur fortitudo iustitia.
(b) Ad probat: ante negando, quia Paulo non sunt eadem, qvæ tibi
sunt eadem: tibi eadem sunt, regnate usq; ad Mosen extinctum
scil: per mortem Christi: Paulo eadem sunt regnare usq; ad Mosen
& regnate usq; ad legem D E I promulgatam: sed regnavit, inquit
August: lib. 1, de peccat. meritis c. 19 mors ab Adam usq; ad Mosen,
id est, a primo homine, usq; ad ipsam etiam legem, quæ dicitur promul-
gata est. Quare rebatur enim utrum i. ante Mosen fuerit lex. a.
ante Mosen fuerit peccatum. Prius negabatur, quia de lege scri-
ptum est Joh. 1. qvod per Mosen sic data, & propterea sit Mosis ef-
fectus, qv[er]i non prior esse potest ipso Mose. Posterius negaba-
tur, quia capite precedente Apostolus docuerat: Ubi non est
lex, ibi non est transgressio vel peccatum. Paulus vero utrumq;
affirmat. Prius, puta qvod lex fuerit ante Mosen, vel legem pro-
mulgatam, probat, quia ante Mosen imputatum fuit peccatum,
peccatum autem non imputatur, ubi non est lex. Posterius, pu-
tā, qvod peccatum fuerit ante Mosen, probat ex peccati effectu.

Nam

Nam si peccatum non fuisset ante Mosen, vel legem promulgatam, mors ab Adam usq; ad Mosen non regnasset; sed regnavit mors ab Adam usq; ad Mosen, etiam in illos qvi non peccarunt ad similitudinem transgressionis Adami, id est uti Augustinus loquitur loco citato c.ii. qui nondum suā & propria voluntate sicut ille peccaverunt, sed ab illo peccatum originale traxerunt. Posita itaq; imputatione peccati ponenda erit lex, & posito effectu peccati, qui est mors corporis, qvæ ab Adam usq; ad Mosen regnavit, pondum erit ipsum peccatum (c) ad Consequevēs videlicet, qvōd mors de qvæ hīc Paulus loquitur, non sit contracta ex peccato Adami, negando, ejusq; falsitatem probamus sequenti argomento:

Paulus hīc loquitur de morte naturali, vel morte corporis:

E. Paulus hīc loquitur de morte contracta ex peccato Adami:

Antecedens non negabis, qvia est tuum. Nam expresse scribis, ut ipaulò ante notavimus: mortem illam naturalem intellexit D. Paulus idem i. Cor. 15. ubi de fine ultimo rerum agit. Consequevēs §. 4. & seqv. probavimus (d) ad Probationem Consequevētis i negando, qvōd nō secundū qvid mors corporis sit destrutta. Nam in renatis vel justificatis, sive illi vixerunt ante Mosen, sive vivunt, vel victuri sunt post Mosen, mors corporis non est supplicium & concedendo, qvōd simpliciter mors corporis destruetur, quando Christus excitat mortuos, & illi, qvos ipse vivo s deprehenderet, mutabuntur in iactu oculi. Tum enim peccato, & certamine spirituali finito, illud qvoq; qvōd ad certamen manserat in renatis erit extinctum, & deletum: Beati omnes caenent: Absorpta est mors in Victoria, absorpta est mors in perpetuum. Victoria!

§. 22. Hactenus probavimus scripturæ dictis non convenire, qvōd mors corporis per Adam transgressionem in mundum non introierit. Nunc sequitur Ecclesiæ Sanctæ Catholiceæ testimonium, de qvo ut hoc loco prolix agamus, & multorum Patrum sententias allegemus, non erit necesse; scimus enim te non insiciati, qvōd ea, qvæ de morte corporis scripsisti adver-

sentur.

III Disp. IV. ex v. CAP. s. EP. AD ROM.

sentur doctrinæ, & testimonio Ecclesiæ sanctæ Catholicæ. Hæc sicuti condemnavit Pelagium docentem, qvòd Adamus ita sit conditus, ut moreretur, non pœnâ, vel merito culpæ, sed necessitate, vel conditione naturæ, ita quoq; te judicat, & condemnat. Augustinus lib. 13. de civitate DEI cap. 15. Inter Christianos, dicit, qui veraciter Catholicum fidem tenent, constat, etiam ipsum corporis mortem non contigisse nobis lege naturæ, sed merito inflatum esse peccati, quia peccatum vindicans DEUS dixit primo homini, in quo tunc omnes eramus, terres, & in terram ibis. Et lib. de prædestin. & gratia cap. 3. mors non naturæ conditio est, sed poena peccati, & lib. Hypognosticon Adam ergo inquiunt sive peccasset, sive non peccasset moriturum fuisse. Respondemus, falleris heretice, falleris: Non ita est. Aut si ita est divinis astrue documentis. Sed abſit, ut in scripturis Sanctis authorem mortis DEUM valeas reprehire. &c. Et in prologo lib. Hypognosticon: Adam inquiunt, sive peccasset, sive non peccasset, moriturus fuisse &c. O malum dogma, quod pacis inimicus invenit. O dogma, per quod scinditur maris unitas Ecclesia regeneratis: O dogma, quod sub nomine CHRISTI evertere, & mutare nititur CHRISTI fundamentum. Nobis aliter hic judicate non licet; cogita igitur, & perpende, qvòd DEUS dissipat ossa hominum sibi placentium, confusi sunt, qvia Dominus sprevit eos.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn74001806X/phys_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74001806X/phys_0031)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn74001806X/phys_0032](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74001806X/phys_0032)

DFG

CONTRA PRÆ-ADAMITAS.

Nam si peccatum non fuisset ante Mosen; vel legem promtam, mors ab Adam usq; ad Mosen non regnasset; sed regmors ab Adam usq; ad Mosen, etiam in illos qvi non peccarunt ad similitudinem transgressionis Adami, id est uti Augustinus qvitur loco citato e.ii. qui nondum sua & propria voluntate sive peccaverunt, sed ab illo peccatum originale traxerunt. Posita imputatione peccati ponenda erit lex, & posito effectu penitentia, qui est mors corporis, qvæ ab Adam usq; ad Mosen regnavit, vendum erit ipsum peccatum (e) ad Conseqvens videlicet, mors de qvæ hic Paulus loquitur, non sit contracta ex peccato Adami, negando, ejusq; falsitatem probamus seqyenti argumendo.

Paulus hic loquitur de morte naturali, vel morte corporis.

E. Paulus hic loquitur de morte contracta ex peccato Adami.

Antecedens non negabis, qvia est iuxta. Nam exceptibis, uti paulò ante notavimus: mortem illam naturalem iuxta dicit D. Paulus idem i. Cor. 15. ubi de fine ultimo rerum Conseqvens §.4 & seqv. probavimus (d) ad Probationem Consequentis negando, qvòd nō secundūqvid mors corporis sit de causa. Nam in renatis vel justificatis, sive illi vixerunt ante Mosen vivunt, vel vieti sunt post Mosen, mors corporis non est plenum & concedendo, qvòd simpliciter mors corporis destruitur quando Christus excitabit mortuos, & illi, qvos ipse vivos dehendet, mirabuntur in iactu oculi. Tunc enim peccato, & carnem spirituali finito, illud qvoq; qvod ad certamen manserit renatis erit extinctum, & deletum: Beati omnes caenentes: sorpta est mors in Victoria, absorpta est mors in perpetuum. Victoria!

§. 22. Hactenus probavimus scripturæ dictis non venire, qvod mors corporis per Adami transgressionem in mundum non introierit. Nunc sequitur Ecclesiæ Sanctæ Catholicae testimonium, de quo ut hoc loco prolixus agamus, & multo Patrum sententias allegemus, non erit necesse; scimus enim non inficiati, qvod ea, qvæ de morte corporis scriptisti ad

